

Misericors.

Doctus et benignus.

humilis.

hospitalis.

Largus.

Mitis.

Meyens.

Patientis.

a sap.

097

Oculus sui ceco et pes claudo. Et rursum. Pater etiam pauperum. Quia et
 disciplinam custos et benignus dicit. Cum sederem quasi rex circumstante
 exercitu. etiam tam merentium solator. Quia humilis fuerit dicit.
 Si contempsisti subire iudicium cum seruo meo et ancilla mea cum discipulis
 adversum me. Quia hospitalis fuerit facit. Si desperi proterunt.
 eo quod non habuerit indumentum. Quia largus in donis dicit. Si non
 benedixerunt ^{mibi} latera eius et de uelleribus ouium meorum calcfactus est.
 Quia non uolentis fuerit. et factus dicens. Si eleuauit super pupillum manu
 meam. cum uidere me in porta superiore. quia de inimici periculo
 numquam exultauerit dicit. Si gauisus sum ad ruinam eius quae me oderat.
 Quia patientis fuerit. etiam suorum malitiam equanimiter protulit dicens.
 Si non dixerunt utriusque tabernaculi mei. quis det de carnibus et ut saturer.
 Quod est quod uir sanctus. tot suas uirgines in flagella enumerat. Quod est quod
 ore suo opera quae fecerat laudat. nisi quia in uulnera et uerbera.
 quae hunc ad desperationem trahere poterant. ad spiritum animum reformat.
 Et qui in prosperitate humilis fuit. reuocatis bonis suis ad memoriam.
 infractus in aduersitate sua permansit. Cuius enim animus. inter tot fla
 gella illa uerba ad desperationem ⁱⁿ impellerent. nisi sibi ad memo
 riam bona quae egerat reuocasset. Uidit igitur sanctus uir. mentem suam
 aduersus tot malis ad desperationem ^{ac} reuocari. et mirabiliter studuit in spe cer
 ta ex bonis suis actibus solidari. Sic sic implet quod scriptum est. In die bo
 norum ne inmemor sis malorum. et in die malorum. ne inmemor sis bonorum.
 Si enim cum bona habemus. malorum reminiscimur. quae iam aut passi sumus.
 aut adhuc pati possumus. accepta bona mente non eleuant. quia ex
 gaudium timor memoriam malorum premit. Et si cum mala habemus.
 bonorum reminiscimur. quae iam aut cepimus aut adhuc nos posse ac